

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Nuclei evangelici pars festivalis**

**Trautmann, Samuel**

**Wittebergae, 1664**

Oraculum sacrum XXXVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

## RHYTHMI GERMANICI.

Die Sonne alles Heyls der ganzen Welt  
 auffgehet/  
 Und wirfft die Strahlen weit: doch solches  
 nicht verſtehet  
 Die mehr als blinde Welt: Drum  
 haſſet ſi das Liecht/  
 Der wunderſchöne Glanz des Glau-  
 bens ihr gebriecht.

Ex Joh. X. 3.

*Pulso fores fidei digito, Tu, Spiritus alme!  
 Pande fores, monstra quæso salutis iter!*

## ORACULUM SACRUM XXXVI

1. Corinth. XII. 3.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

*Καὶ ἕδεις δὲνα Ἱ ἐν πνεύματι κυρίου Ἰησοῦ, εἰ μὴ  
 ἐν πνεύματι αἰχίο.*

*Latina Versio Vulgata.*

Et nemo potest dicere Dominum  
 Jesum, nisi in spiritu sancto.

*Versio B. LUTHERI.*

Und niemand kan Jesum einen  
 Herrn

HERM heissen/ ohne durch den heiligen Geist.

N O T A.

1. Quemadmodum phrasis posse dicere non solum potestatem notat, sed simul quandam qualitatē includit, & pro verè sincerè & ex animo dicere posse accipitur, Prov. XX. 9. Ita, è contra phrasis non posse dicere hanc qualitatē negat & removet. Sic quando h. l. Apostolus dicit: Nemo potest dicere Dominum Jesum, idem est ac si diceret: Nemo verè, ex animo aut toto pectore seu ex salutari & vivifica cognitione potest dicere Dominum Jesum, sine singulari motu & impulsu Spiritus Sancti. Vid. B. Glasf. Grammat. Sacr. lib. III. tract. 3. can. 5. & 14.

2. Nemo potest sine Spiritu Sancto Christum vocare Dominum. E. vera agnitio & confessio Christi non erit vel ex toto vel ex parte, opus virium humanarum, sed solius Spiritus Sancti, contra Synergistas, Pontificios & Socinianos. Vid. Bellarm. lib. 5. de Grat. & lib. arbitr. cap. 13. Concil. Trident. sess. 6. cap. 4. Compend. Theol. lib. 2. cap. 51. Smalc. contra Franz. p. 28 & 417.

3. Ex h. l. talis nascitur Syllogismus. Qui  
natus

naturâ voluntatem DEi facere possunt, etiam naturâ in Christum credere possunt.

At nemo naturâ in Christum credere potest, teste h. l. Apostolo.

E. etiam nemo naturâ voluntatem DEi facere potest, *contra Pelagianos & Socinianos*. Vid. Smalc. contra Franz. p. 416. Ostorod. in instit. cap. 34. p. 281. Socin. in Prælect. cap. V. p. 34.

4. Per Spiritum Sanctum h. l. non intelligitur quædam DEi proprietas essentialis, sed tertia Trinitatis personâ, quod patet

1. E. v. 4. 5. & 6. ubi Spiritus Sanctus expressè Dominus & Deus, & quidem *ὁ κύριος ὁ θεός* appellatur. Qui autem & Dominus & Deus appellatur is non est proprietas DEi duntaxat, sed persona subsistens, siquidem nullibi scriptum legimus vel de bonitate, vel de justitia Dei quod sit Dominus.

Deinde hoc ad patet ex additò epithetò *αἰώνιον*. Nam quando Apostoli intelligi volunt personam Spiritus Sancti, vel addunt epitheton *αἰώνιον*, vel articulum τὸ *(πνεῦμα)* contra modò nominatos Socinianos contendentes per Deum intelligi Patrem, per Dominum Christum, per Spiritum Sanctum non nisi virtutem Dei, per quam Pater omnia efficit.

5. Si nemo potest JESUM dicere Dominum

h. e.

h. e. Si nemo potest verâ fide Christo adherere nisi per Spiritum Sanctum utiq; fides erit donum Spiritus Sancti; *contra eosdem & cum primis Ostorodum, qui in Disput. Germanica Tradelio opposita part. 2. cap. 12. p. 203. negat fidem esse donum Spiritus sancti*: propterea quòd ipsius iudiciò, fides semper præcedat Spiritum Sanctum, & Spiritus Sanctus per fidem accipiatur.

6. Christus h. l. dicitur *κύριος*, quò nomine LXX. Interpretes in Veteri & Apostoli in N. T. proprium DEi nomen Jehovah exprimere solent. Præterea h. l. vocatur *ignis noster Salvator*. Salvare autem est opus solius DEi. Esa XLIII. II. XLV. 21. Hof. XIII. 9. E. Christus est verus & æternus DEus, *contra Arianos & Socinianos*.

7. Nemo potest dicere Dominum JESUM i. e. nemo potest dicere JESUM Dominum scil. esse. Est Synchysis in voce simplici, de qua vide B. Glasf. lib. IX. Philol. Sacræ tract. II. de Figuris Grammat. observ. 23.

8. Christum dicere Dominum h. l. est firmâ & verâ fide Christo adherere, *uti hunc locum Augustinus in Epist. inchoata ad Romanos rectè exponit*. Nonnulli hunc locum explicant de confessione ex verâ fide cordis profecta. Alia hypocritarum est. Itaq; non valet hæc collectio:

Qui-

Quicumq; dicunt JESUM Dominum, illi habent Sp. Sanctum.

At hypocritæ dicunt JESUM Dominum, Matth. VII. 21.

E. Hypocritæ habent Sp. Sanctum.

Nam Major loquitur de ejusmodi adpellatione nominis Domini, quæ proficitur ex vera cordis fiducia, & effectus est Spiritus gratiæ & precum Zach. XII. 10.

Minor verò intelligenda est de vana & simulata nominis Christi usurpatione absq; fiducia in Christum Mediatorem quâ ratione, & Dæmones Christum filium Dei appellant, Matth. IX. 29. Dantur igitur in hoc argumento quatuor termini, quod propter juventutem Scholasticam heic annotare volui.

9. Si Christum dicere Dominum secundum Augustini expositionem, est vera & firma fide Christo adherere, utiq; Christum non possunt dicere Dominum

1. MAGI, nomine Dei abutentes.
2. BLASPHEMI nomen Dei in vanum sumentes, nec
3. HYPOCRITÆ, uomen Jesu forinsecus venerantes, ut modo vidimus, nec
4. MIRABILARIUM, in nomine Jesu miracula edentes, Matth. VII. 21. nec

5. JESUI-

3. JESUITÆ à nomine Jesu sectam suam hypocrisicè denominantes.

10. Deniq; si nemo potest dicere Jesum Dominum sine vera fide, quam Sp. Sanctus in cordibus hominum accendit, utiq; illæ actiones DEI non possunt placere, quæ non proficiuntur ex vera fide in Christum Mediatorem, *contra Remonstrantes existimantes actiones moraliter ac verè bonas esse, etiamsi non proficiantur ex fide.* Vid. Apol. f. 73. Sed hæc de hoc sacro oraculo sufficient. Sequitur nunc

ORTHODOXÆ ANTIQVITATIS  
CONSENSUS,

Non potest fieri templum Christi, qui negat Dominum Christum. Nec placuit iste etiam Spiritui Sancto, qui aut Patris aut Filii inimicus est, *Cyprianus de Heret. Baptif. p. 326.* Non possibile est bonum aliquid nos rectè agere, non habitâ supernâ gratiâ *Chrysof. hom. XXIV. in Genes.*

Liberum naturalè arbitrium nihil aliud valere credimus nisi ad discernenda tantum & desideranda carnalia sive secularia, quæ non apud DEum, sed apud hominès fortasse videri possunt Igloriosa, ea verò, quæ ad vitam æternam pertinent, nec cogitare, nec desiderare,

MCC

nec velle, nec perficere potest, NISI PER INFUSIONEM & OPERATIONEM SPIRITUS SANCTI, *Maximus in Confessione de Christo.*

Nemo quisquam hominum sive ad cogitandum, sive ad operandum quodcumque bonum potest esse idoneus, nisi fuerit munere gratuito divinæ opitulationis adjutus. Ab ipso namque est initium bonæ voluntatis: ab ipso facultas boni operis: ab ipso perseverantia bonæ conversationis *Fulgentius lib. 1. ad Monim.*

Et merito ostiarius dicitur Sp. Sanctus, in quo, utpote Spiritu sapientiæ & intelligentiæ aperiuntur scripturæ, per quas ingreditur Dominus ad nostri curam, & per quas ostenditur Pastor, *Theophylactus.*

Du wehret er Gnaden-Geist/ der du uns neu  
gebichrest/

Der du uns durch dein Wort zum rechten  
Schaffstall führest/

Ach komm! und zünd' in uns des Glau-  
bens-Feuer an/

Denn niemand ohne dich zu Christo  
kommen kan.

Ex v. 7. 9. & 10.

Unicus est Pastor gregis: unica janua cæli  
Christus, ab hoc uno vita salusq. venit.

ORA.